



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Governatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 11. Ethelouoldi, VWilhelmi, Germani, sanctiſimorum Episcoporum erga
pauperes cura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

Luc. 21.

agens, illis piissimi Saluatoris consolatorijs rebis, quibus discipulos suos confirmavit: Capillus, inquit, de capite vestro non peribit. Dixit, de incredibilem quamdam animo persensit dubitacionem, statuitque numquam pauperi vili pectoris sui ostia claudere. Quam liberalitatem in clericos precipue ac Religiosos exercuit. Quorum vni Gunthero dicto, tantam potestatem concessit, vt quoties sua presentia eius aulam illustraret, curam regni ei mandaret. Tum ille rebis, quas in aula inuenisset, in peregrinos, egenos, viduas, pupillos cœnobia & Ecclesias erogatis, breui illam exornabat.

§. XI.

Ethelouoldi, VVilhelmi, Germani, sanctissimorum Episcoporum erga pauperes cura.

Seuer.

Sulpit.

cap. 2. de

vit. S.

Martin.

Sur. 1.

Aug

Quid igitur? num & regnum fuit de pauperatum? nequaquam. Sed dum rex pauperum; Deus regis & regni curam gessit. Tanti autem curam hanc fecerunt Sancti, vt etiam sibimet ipsis cibum, etiam vestes detraherent, egentibusque largirentur. Palam est, quid Martinus adhuc catechumenus fecerit. Ethelouoldus Wintoniensis Episcopus, neque Ecclesie ornamentis perpercit, Accidit, vt quandoq; acerba fames vniuersam

versam Britanniam vehementer opprimeret, & multi pra nimia inopia dira clade extinguerentur. Tum ille pecuniam suam omnem in pauperes elargitus est. Deficiente pecunia tolli iussit ornamenta quaeque, & permulta vasa argentea ex Ecclesia thesauris confringi. Iis in pecunias redactis, cum multo cordis gemitu testabatur, se a quo animo ferre non posse, mista metalla durare integra, hominem verò ad imaginem DEI factum, pretioso Christi sanguine redemptum, mendicitate, & inedia confici. Sustentavit itaque innumeram pauperum multitudinem; qui periculum famis euadere cupientes, ad eum undiq; confugiebant. Illos ipse in plateis, omni solatio destitutos refocillabat, singulis necessaria prabens: donec misericordia Dei de celo in terram prospiciens, & humano generi solita benignitate subueniens malum inopia temperaret. Inseminavit hanc curam mundi Moderator etiam S. Wilhelmo Episcopo Briocensi, qui sua manu voluit stipem pauperibus distribuere, quacumq; ibat; & cum statuta elemosynæ darentur, ipse semper coram voluit esse, ne quisquã præteriretur. Tempore famis, & sua, & aliena horrea euacuauit. Deniq; rebus suis omnibus in egenos distributis, nihil superfuit, vnde conderet testamentum

Godefri-
dus Cal-
uus in
eius vita
29. Iulij

Y

mentum

Constan.
lib. 2. de
vit. S
German.
c. 11. Sur.
31. Iulij.

mentum. Maluit enim sua viuis bene collocare, quam, post mortem, incertæ aliorum fidei committere dispertienda. Constantinus presbyter refert de S. Germano Episcopo Antiodorensi, eum obuijs mendicantibus, ex diacono suo interrogasse, quantum pecuniarum haberet? cumque intellexisset, tantum tres aureos præsto esse, omnes iussisse in pauperes liberali sparsione effundi. Ibi diaconus futuri prouidus, *ergo*, inquebat, nos *hodie victuri sumus?* cui Germanus respondit: *Pascet Deus pauperes suos, tu, quod habes, presta pauperibus.* Diaconus malè sollicitus, nec bene obediens, duos erogat, vnum reseruat. In itinere à Leporio prædiuite domino vehementer agroto, per cursores inuitatur, misso ducentorum solidorum munere. Quo oblato, ad diaconum conuersus Episcopus: *Accipe, ait, qua traduntur, & intellige te fraudem fecisse pauperibus. Nam si totum, quod dedi, indigentibus contulisses, remunerator noster trecentos hodie reddidisset. Contremuit diaconus, secretum reatus sui innotuisse pontifici.* In qua historia apparet, quantum Deus habeat curam eorum, qui pauperum curam gerunt, quibus & promissum centuplum reddit. Non
solium

Matth.
29. 29.

solùm igitur in pauperes iniurijs sunt, qui iussas eleemosynas vel interuertunt, vel diminuunt; sed etiam in proprios dominos noxij. Nam pauperibus simplum, domino centuplum subducunt. O cæca parcitas, quæ nescis seruare pecunias, nisi in proprium damnum!

§. XII.

Ex veteri, & nouo testamento exempla feminarum Elisæum, Christum, & Apostolos curantium.

Mulierum quoque eximia hîc laus est; nam per illas misericors Dominus sæpe egenis præsentî manu adfuit, docuitque diuitias ab illis, non in ornatum capitis, non in armillas & torques, non vestes exoticas, & Phrygia acu elaboratas, sed in egentes atque misericordiæ opera impendendas. Talis erat illa, de qua scriptura ita loquitur: *Transibat Elisæus per Sunam: erat autem ibi mulier magna, qua tenuit eum, ut comederet panem: cumq; frequenter inde transiret, dinneret ad eam, ut comederet panem. Qua dixit ad virum suum: Animaduerto, quòd vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, &*

4. Reg. 4.
8.

T 2

candela-